

Nōmen: \_\_\_\_\_


## IMPERIVM ROMANVM



Rōma in Italiā est. Italia in Eurōpā est. Graecia in Eurōpā est. Italia et Graecia in Eurōpā sunt. Hispania quoque in Eurōpā est. Hispania et Italia et Graecia in Eurōpā sunt.

Aegyptus in Eurōpā nōn est, Aegyptus in Āfricā est. Gallia nōn in Āfricā est, Gallia est in Eurōpā. Syria nōn est in Eurōpā, sed in Asiā. Arabia quoque in Asiā est. Syria et Arabia in Asiā sunt. Germānia nōn in Asiā, sed in Eurōpā est. Germānia et Britannia sunt in Eurōpā.

Estne Gallia in Eurōpā? Gallia in Eurōpā est. Estne Rōma in Galliā? Rōma in Galliā nōn est. Ubi est Rōma? Rōma est in Italiā. Ubi est Italia? Italia in Eurōpā est. Ubi sunt Gallia et Hispania? Gallia et Hispania in Eurōpā sunt.



Nōmen: \_\_\_\_\_

## IMPERIVM ROMANVM

Estne Nīlus in Eurōpā? Nīlus in Eurōpā nōn est. Ubi est Nīlus? Nīlus in Āfricā est. Rhēnus ubi est? Rhēnus est in Germāniā. Nīlus fluvius est. Rhēnus fluvius est. Nīlus et Rhēnus fluvīi sunt. Dānuvius quoque fluvius est. Rhēnus et Dānuvius sunt fluvīi in Germāniā. Tiberis fluvius in Italiā est.

Nīlus fluvius magnus est. Tiberis nōn est fluvius magnus, Tiberis fluvius parvus est. Rhēnus nōn est fluvius parvus, sed fluvius magnus. Nīlus et Rhēnus nōn fluvīi parvī, sed fluvīi magnī sunt. Dānuvius quoque fluvius magnus est.

Corsica īnsula est. Corsica et Sardinia et Sicilia īnsulae sunt. Britannia quoque īnsula est. Italia īnsula nōn est. Sicilia īnsula magna est. Melita est īnsula parva. Britannia non īnsula parva, sed īnsula magna est. Sicilia et Sardinia nōn īnsulae parvae, sed īnsulae magnae sunt.

Brundisium oppidum est. Brundisium et Tūsculum oppida sunt. Sparta quoque oppidum est. Brundisium est oppidum magnum. Tūsculum oppidum parvum est. Delphī quoque oppidum parvum est. Tūsculum et Delphī nōn oppida magna, sed oppida parva sunt.

## PENSVM A - I

1. Nīlus fluvī\_\_\_ est. Nīlus et Rhēnus fluvī\_\_\_ .
2. Crēta īnsul\_\_\_ . Crēta et Rhodus īnsul\_\_\_ sunt.
3. Brundisium oppid\_\_\_ . Brundisium et Tūsculum oppid\_\_\_ .
4. Rhēnus fluvī\_\_\_ magn\_\_\_ est. Tiberis est fluvī\_\_\_ parv\_\_\_.
5. Rhēnus et Dānuvius nōn fluvī\_\_\_ parv\_\_\_, sed fluv\_\_\_ magn\_\_\_ sunt.
6. Sardinia īnsul\_\_\_ magn\_\_\_ est. Melita īnsul\_\_\_ parv\_\_\_ est.
7. Sardinia et Sicilia nōn īnsul\_\_\_ parv\_\_\_, sed īnsul\_\_\_ magn\_\_\_ sunt.